



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 119. An acceptatio promissionis debeat esse externa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

n. 67., quia quamdiu tibi non manifestatur promissio, est respectu tui veluti non facta, cum respectu tui necdum in actu secundo significet voluntatem alterius, ergo per eam non sicutur tibi res, ad quam acquireres jus, debet autem tibi sicuti saltem intentionaliter, alioquin non poteris eam ullo modo apprehendere & incipere facere tuam.

780 Q. 119. *An acceptatio promissionis debeat esse externa.* R. Negat Lugo n. 64. eo quod possit absens, dum solus est, acceptare promissionem uti & rem donatam ad se missam, hinc videatur frustra requiri, ut externè significet se acceptari Rationem dat à priori, quia si promissio sit externè manifestata, jam habetur titulus sensibili sufficiens pro acquirendo dominio, & acceptatio tantum requiritur, quia nemo cogendus est ut invitus aliquid acquirat, ad hoc autem ut acquirat non invitus, sufficit acceptatio interna. Econtrà affirmat Haun. t. 9. n. 25., quia aliae non censemuntur duæ illæ voluntates humano modo in unum contractum concurrere, secundum dicta n. 656.; imò Dicast. n. 155. & Planch. 600. dicunt requiri, ut quando promissarius erat, acceptet promissionem coram nuntio vel per epistolam directam ad promittentem, facturque Lugo n. 82. promissionem revocari possit quamdiu ejus acceptatio non manifestatur, sed non sit opus hanc iterum manifestari, promissio, secundum dicta n. 659., nam hic tantum dicimus debere saltem externè manifestari, alia non cader sub commercium humanum, quod requiritur, ut contractum constituat.

Q. 120.